



**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De caducis & sempiternis rebus: quòd grauißimè peccent, qui præsentia  
futuris anteponant. cap. xx.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](#)

A est: pietas autem ad omnia utilis est, promissionē habēs vitā quā nūc est, & futurā.

Gratia estis saluati per fidem (& hoc non ex vobis, Dei enim donum est) non Ephes. 2<sup>a</sup>  
ex operibus, ut ne quis glorietur.

Pietati operam da. Ipsa enim & in cœlum te subuehet, & immortalem tibi apud homines gloriā comparabit. Basil.

Honor ille, qui Deo vero habetur, proculdubio honorantis quoque est honor. Contrā Greg. Thaum.

Honor falso Deo habitus, ipsius quoque, qui honorat, ignominia est. Pietati supra omnia studendum est: eaque virtutum omnium mater dici debet. Om-

nium enim virtutum principium ac finis est.

B Crebrius Dei recordari, quam spiritum ducere oportet.

Nat.

Qui rejicit, rejiciat: qui iniuste agit, iniuste agat. Super montem excelsum ascendemus, Ex Esa.  
non ut conquiescamus, sed ut prædicemus. 21.

Melius est honestum bellum pace à Deo distingente.

Noui ego homines peccatores, qui simposita ægrotantibus manu, eos morbo liberarunt. Incertio  
Verum id duobus modis sit, hoc est non solum illius causa, per quem datur, sed etiam eius,  
qui accipit. Nam si is, qui accipit, fide careat, nec à iusto, nec à peccatore gratiam acci-  
pit. Qui enim recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Ac Mar. 10.  
rursum Dominus: Iuxta fidem vestram fiat vobis. Tu facito, ut ei, qui ad te in Domini  
nomine accedit, fidem habeas, nihil addubitanus: & gratiam accipies. Deus enim est, qui

C operatur.

De profectu spirituali.

CAP. XIX.



R A T R E S, ego nondum arbitror me comprehendisse. V. Phil. 3.  
num autem, quæ quidem retrò sunt, obliuiscens, ad ea verò,  
quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum perse-  
quor, ad brauium superhæ vocationis, Dei, in Christo Iesu.

Sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi 1. Cor. 9.  
aërem verberans. Sed castigo corpus meum, & in seruitutem  
redigo: ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus effi-  
ciar. Æmulamini charismata meliora.

Quæ sursum sunt, quærite, non quæ super terram.

12.

Col. 3.

D

Ne propterea glorieris, quod malis præstantior esse videaris: sed eo potius nomine dif- Nat.  
crucieris, quod a bonis supereris.

Noli parva lance virtutem ponderare.

Qui sui curam recte gerit, Deo quoque cura est.

E De caducis & sempiternis rebus: & quod grauißime peccant, qui præsentia  
futuri anteponant. CAP. XX.

R E D O videre bona Domini in terra viuentium,  
Super caput eorum laudatio, & exultatio, & lætitia: & fugiet dolor & gemitus.

psal. 26.

Intrate per angustam portā, quia lata porta & spatiofa via est, quæ Mat. 7.  
ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam: arcta autem porta & an-  
gusta via est, quæ dicit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.

Tempus breue est: reliquum est, ut qui habent uxores, tanquam non haben- 1. Cor. 7.  
tes sint: & qui gaudent, tanquam non gaudent: & qui videntur hoc mundo, tā-  
quam non videntur. Præterit enim figura huius mundi.

Quod in præsenti leue est tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate 2. Cor. 4.

D. IOANN. DAMASCENI

externum pondus gloriae operatur in nobis: non contemplantibus nobis quae videtur, sed quae non videntur. Quae enim videntur, temporalia sunt: quae autem non videntur, eterna.

*1. Cor. 15.* Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

*Heb. 13.* Non habemus hinc ciuitatem permanentem: sed futuram inquirimus.

*Incerti.* *Nouos cœlos, & nouam terram, & pollicitationes ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat.*

*Basil. in  
Psal. I.* *Duae sunt viæ inter se pugnantes, altera lata & spatiose, altera arcta & angusta: & duo duces, quorum uterque nos ad se conuertere conatur. Ac quidem plana & lata ac pro-*

*clinius ducem fraudulentum ac perniciosum diabolus habet, per voluptatem eos, qui se sequuntur, per trahentem: aspera autem & acclivi, angelum bonum, per labores cum virtute coniunctos eos, qui se sequuntur, ad beatum finem ducentem. Et quidem, tanti per dum quisque nostrum puerili aetate est, presentes voluptates sequens, nullam omnino futuri curam gerit. At postquam virilem aetatem attigit, atque animi ipsius notiones numeros omnes suos impluerunt, tum denique quoddammodo vide sibi videtur vitam in virtutem*

*ac vitium sese fidentem. Atque identidem ad vitrumque mentis oculos flectens, composita inter se perpendit ea, que utriusque insunt. Siquidem peccatorum vita omnia huic cuius, quiditer oblectamenta ob oculos ipsi proponit: instorum autem vita, sola futuri seculi bona ipsi ut honesta cunque ostendit. Ac vita quidem eorum, qui salutem consecuturi sunt, quantum preclara suis amarit, politetur que futura sunt: tantum quoque laboriosa praebet presentia: contraria incunda & toribus intemperans ac libidinosa vita, non in futurum expectandam, sed iam presentem voluerant. pratem offert. Asperat igitur hinc omnis animus, ac cogitationibus vacillat. Nam cum aeterna animo complectitur, virtutem capessendam sibi proponit: cum autem in presentia oculos coniicit, voluptatem potiorem habet. Hinc carnis delicias cernit, illuc carnis afflictionem: hinc temulentiam, illuc icium: hinc uberes lachrimas, illuc petulantes risus. Beatus itaque est ille, qui voluptatum illecebris ad exitium minimè transuersus actus est, rerum spem salutis per patientiam expectat.*

*Rerum humanarum nihil amplum atque admirandum esse censemus. Neque enim in fluxis ac prætereuntibus rebus bonum situm est: verum ad sempiternorum ac verorum bonorum participationem vocati sumus.*

*Magni pretij rebus ne res vilissimas & contemptissimas preferatis: nec mali negotiator res sit, nimirum fluxam & caducam vitam immortalis ac beatæ vitae anteponentes.*

*Ante faciem tuam vitam ac mortem posui, bonum ac malum, duas inter se contrarias naturas. Confer eas apud te. Accurate perpende, utilissimæ tibi sit breuem ac temporariam voluptatem amplexari, ac per eam sempiterna morte multari, an exrumia eam, quam virtutis studium affert, amplecti, atque eius ope & adiumento sempiternam vitam adipisci.*

*Optimum Noli omnia voluptati dare: fac etiam quippam animæ impertias. Sic existima, duas tibi filias esse, nempe huius vitae voluptatem, & vitam coelestem. Si animum inducere nequis, ut omnia præstantiores, saltet intemperanti fili ac pudicae portionem aquam tribue. Noli hanc vitam immodicis opibus ornare, alteram autem nudam & pannosam, atque incomptam & deformem sponso exhibere: ne alioqui eam conspicatus faciem auerterat, eamque oderit, atque cum ipsa copulari recusat.*

*Diu mundo vivimus: iam nobis quoque vivamus. Quid animæ par? Quid cum cœlorum regno comparandum? Quis maiore autoritate consiliarius apud te est, quam Deus?*

*Quis sapiente illo prudentior? Quis bono illo conducibilior? Quis creatore coniunctior?*

*Vide ne dum viæ ad salutem ferentis angustias fugis, peccati latitudinem sequaris. Time ne, cum ad extremum usque vitæ diem per latam viam incesseris, consentaneum viæ hospitium inuenias.*

*In dict. illud, Ar- Attende tibi ipsi, nec in perituriis rebus tanquam in sempiternis pedem fige, nec sempi- tende tibi terra, tanquam fluxa contemne. Carnem aspernare: nam dilabitur. Animæ saluti, quæ ipsi. immortalis est, stude. Ne carni animum adiicias, ô homo, nec huius commodis consulas:*

nec

A nēc opes & gloriā, ac potentiam admireris, nec ea omnia, que tibi temporarium usum  
ac ministerium explent.

Si, quæ fluxa ac temporaria sunt, tam præclara sunt, qualia tandem aeterna sunt? Et si  
cœli magnitudo mensis humanæ modulum excedit, sempiternarum rerum naturam quis  
tandem mortalium indagare poterit?

In ijs rebus, quæ aspectu sentiuntur, studium suum collocare, proprium est eorum, qui Greg.  
nullam futuri seculi p[ro]p[ter]em sibi ipsi proponunt. Nyss.

Cum ea, quæ ad corpus spectant, circa labores ab hominibus comparari nequeant, & Chrysost.  
rūm & panis & cibis labores ac sudores requirant, & naturæ necessitas segnitiem pro- Proterna  
pellat, & egestatis flagrum sine illa excusatione lutum ad laborem adigit, quis sempiter- vita nul-  
B nam vitam audiens, ad labores non excitetur? Quis non libenti animo cœlestis regni cau- lus labor  
sa sudores ferat? Quis non pro perenni voluptate dolorem contemnat, ac pro nihil pu- est recu-  
tet? Quis non temptationum fluctus ac tempestates subeat, ut ad cœlestes nundinas, que  
prædonum iniurie minime patent, perueniat? Labores enim ubique bona conci- sandus.  
liant.

Falſæ sunt ſtultorum opinioneſ, falſæ maleſentientium exiſtimationeſ, qui opibus, &  
libertati, ac potentiæ huiusc[ū] vitæ, beatitudinem attribuunt: illud neſcientes, feruitutem  
quoque cernere licere, omni libertate ſublimiore, & imbecillitatem quauis potentia fir- miore, & paupertatem comperire omnibus diuitiis locupletiorem.

C De Dei prouidentia: & quod Deus rebus humanis proſpiciat.

C A P. X XI.

**D** IXIT Sion, Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus <sup>Esa.49.</sup> est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblitera fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Consolabitur Dominus ruinas Sion, & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini.

**D** Hæc dicit Dominus, Quod perierat, requiram: & quod abiectum erat, redu- <sup>Ezech.34.</sup> cam: & quod confractum fuerat, alligabo: & quod infirmum fuerat, consolidabo: & quod pingue & forte, custodiam: & pacem illas in iudicio.

Diligis omnia quæ sunt, & nihil odiſſi eorum quæ fecisti: nec enim odiens a- <sup>1. sap.11.</sup> liquid conſtituisti aut fecisti. Quomodo autem posset aliquid permanere, niſi tu voluſſes? aut quod à te vocatum non eſſet, conſeruaretur? Parciſ autem om- <sup>6.</sup> nibus: quoniam tua ſunt, Domine, qui amas animas. Sanctus enim tuus ſpiritus est in omnibus. Puſillum & magnū ipſe fecit, & aequaliter eſt ei cura de omni- bus. Nauem cupiditas acquirendi excogitauit: & artifex ſapiencia fabricauit <sup>14.</sup> ſua. Tua autem, Pater, prouidentia gubernat: quoniam dediſti & in mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſſimam, ostendens quoniam potens es ex omnibus ſaluare, etiamsi quis ſine arte adeat mare. Sed vt non eſſent vacua ſapiencia tua opera: propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas suas, & tranſeunt mare per ratem liberati ſunt.

Quicquid boni ex diuina potentia ad nos peruenit, gratia omnia efficiens operatio- Incerti.  
nem eſſe dicimus.

De proprium reuera & congruens eſt, propitium ſe præbere, ac miserevi, operib[us]- Irenet.  
que ſuis ſalutem afferre, etiamsi ad interitus periculum ferantur. Apud eum enim, inquit Psal. 129.  
ille, eſt propitiatio.

Omnia quidem in uniuersum diuina prouidentia orta eſſe atque gubernari, vera pie- <sup>Euseb.lib.</sup>  
tate prædicti ſapientes tradunt. At ſi ſpeciatim ſingula perſpicias, eorum quæ ſunt, alia <sup>8.de prop.</sup>  
habitu, alia natura, alia impetu & imaginatione, alia ratione, ac peculiari iudicio & <sup>Euang.ex.</sup> philone.

X